

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Catemnijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stesnis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



LXXV.

ARA

in

HONORIS TEMPLO

Illibato Amori

*Præstabilissimi, Litterisq; & dono Poëtico
divitissimi Viri-Juvenis,*

Dn. IOACHIMI FLEMINGI,

Ornatissimo in Ludo Desfaviensi

Rectoris gnavissimi;

Sibimet sublegentis

Lectissimum Virginitatis Florem,

DOROTHEAM ALBRECHTEN,

Dexterrimi, agendarumq; rerum laude
notissimi Viri, Dn. MELCHIORIS Albrechten/

Civis Desfani integerrimi, ibidemque Illustris,

Princip. Vestiarii compositissimi,

Filiam;

Optumi Comparis

Bigæ;

Grege Favitorum Amicorumq; ap. Leucoream

benivolentissimo

Posita atque erecta 30. Jun. 1623.

VVITTENBERGÆ.

Prelo Gormaniano.



Sponsus adfatur

Sponsam

per Nominis sui

Avayę.

Quod non expugnat munimen dædala lingua?
Quidvè negatorum Blandidicina dolet?

Ipsemet hoc usus Nymfam mediamine legi;

Testis es Ipsa meus, splendida DOROTHEE!

Sponsa respondet

Sponso

per Nominis sui

Avayę;

Gratifici mores ac scita facundia, Sponse,
Egerunt in me pestile curomanes,

Vstus heben' flammis præsentibus intuma ? mentem

Ah repete! en lecto trador amata tuo.



Ad Dn. Ioachimum Flemingum Sponsum.

ERgon' illecebrosa vis amoris
Tuas se penetravit in medullas,
Igneaque furit malignitate?
Omnem, Sponse, tibi Æsculapiorum
Turbam quære, simul salubrioris
Vires graminis applica: furentes
Ardebunt magis ac magis medullæ.
DI quanto miser exederis igne?
Quumque exustus eris, nihilque fies:
In nuda quoque vapulabis umbrâ.
Sed ne dividia tibi sit iste,
Quo nunc saviter ustularis, ignis:
Cypris aurolei parens Amoris
Jamdudum tibi repperit medelam,
Sed vivam tibi repperit medelam;
Quam simul lateri tuo applicabis,
Tu vives, morietur ardor ignis.

JACOBUS MARTINI
prof. publ.

HUc Citherea veni, castrorum Mater amorum,
Quique ligas thalami vincla jugalis Hymen:
Aonius Juvenis Flemingus, & integra floris
Dorothea, æternos urere digna Deos;
Legitimas coeunt tædas, & fœdera jungunt,
Fœdera non ullâ dissoluenda die.
Annuite, & similem, Nuptos date, cudere prolem:
Sic Patriæ nunquam deesse Scholarcha potest.

VVittebergæ F.
Augustus Buchner
P. P.

A 8

Satur

Saturni atq; Jovis properat Conjunctio Magna,
Qua venient uno lumina bina gradu.
Æmula Terra polo est: namq; hic Conjunctio Magna
Advehet unito corcula bina toro;
Sponsumque & Sponsam Veneris duo germina junget,
Germina vel cunctis floridiora rosis.
Bella equidem Cœli Conjunctio Magna minatur;
Sed quæ sunt Martis triste furentis opus:
Bella etiam thalami Conjunctio Magna minatur;
Sed quæ sunt Veneris dulce jocantis opus.
Bella utriusque DEUS sperato sine coronet:
Ornet pace solum, & divite prole torum.

M. Johannes Müller Uratis-
laviensis, Facultatis Phi-
losophicæ Adjunctus
Wittebergæ.

Præstantissimis Neonymphis

ex voto Faveo,

M. Josephus Corberus P. L.

ES Sponsus, es dein Poeta mulseus,
Quid commodare sit pote Sponsis novis,
Sponsus novellus optime scis, & proin
Quid gratulari debeat Vates TIBI
Poeta - Sponsus quiveris probissime.
Tuâ ergo lude, mi Poeta, fistulâ.

Avena nostra nesciens Sponsis novis
Quid cordi, Amori quidq; sit sponsis novis
Avena nostra innupta nesciens, Tuâ
Cedit parata, mi Poeta, Fistula,
Quæ mille lectam recreet Sponsam modis!

O Fleminge meis Colende Musis,
Multas hæctenus ut benignitates
Conc. sit tibi ihaya ter benignus,

Sic

Sic idem tibi porrò perbenignè
Donet millia multa faustitatum,
Addo millia multa dulcitatam,
Addo millia multa charitatum,
Addo millia multa gaudiorum,
Addo millia multa suaviorum,
Addo millia multa Liberorum!

nil amplius addo,

Heinricus à Freybergel/

Nob. Anhalt.

Ponere me juxtà Sponso discursile Carmen
Carminibus reliquis Popularibus uniter aptum,
Ipsa requisisset Themis & mos. At quia Phœbus
Non opportunus fuit acclivusq; petaci,
Atque aliò rapuit mentem cita cura negoti;
Ergò placento modi tenues pro tempore, quorum
Adjectavissim numeros & dulce Melisma,
Nì nimis angusta vetuisset egentia charta.

1.
Lieb tregt nach Lieb verlangen/
Lieb wird durch Lieb gefangen/
Lieb alles vberwünd/
So tichten / red'n vnd schreiben/
Die Zeit mit Lieb vertreiben/
Lieben / vnd geliebet sind/
Das sind Venus Kind.

2.
Wer ist / der je geliebet/
(Was Venus ihm zu gibet /
Der nicht hat funden Lieb
Wer ist / der Lieb hat funden /
So nicht mit Lieb gebunden

Herk an Herk vnd Lieb an Lieb
Sich / wie Magnet / zieht

3.

Venus aber ein Krone
Aller Jungfräwlein Schone/
Der Lieb ein Herscherin/
Krafft vnd Lob dieser Dingen
Mus man dir billich Singen/
Dann den andern Danck nimbt hin
Des Rads Königin.

4.

Euch nun ihr beyd Amanten
Mein Freund vnd gut bekanten/
Braut vnd Herr Bräutigam
Euch Warlich mus ich nennen
Glückhafft / vnd das bekennen/
Das ew'r Lieb die Götter hat
Gnädig g'sehen an.

5.

Dann / Der nach Lieb thut sagen/
Lieb jekt davon thut tragen/
Durch Lieb den Stich behelt:
Den Er offte wol behalten/
Das Lieb nicht mög erkalten!
Vnd wahr bleib! Das in der Welt
Lieb den Sieg behelt.

6.

Im fall dann ich auch trage
Kein Zweifel / noch verzage/
Das Lieb in Lieb ihr Ziel
Durch Lieb bald werd gewinnen
Das man wird sagen können

Kein

Kein ding g'bürt der Freud so viel
Als das Venus Spiel.

Fridericus Sturmius. C. A.

Scazon.

Laboriosa Conjugalis est vita,
Suspiriis onusta, dives arumnis.
En Curvicervicum pecus, jugi triste
Gravamen ut trahit, labore defudans,
Languore despumans, putore foedatum.
Et vita Conjugalis est jugum, Sponse,
Ut vox ait. Persona par nec heic exstat.
Discordiosæ litis est Satrix uxor,
Domesticum malum, lues maritata.

At cœlibis quis in statu tamen vitæ
Mantaret, adversarius Geni Divi
Sanctis statutis, atque gentium legi?
Quasi cœlibi Manturna consecraretur,
Ut anteferretur jugalibus pulcris?
Cor corneum, cor bestiale circumfert,
Addo, ferino sanguini innatans, quisque
Mavolt vagari solus, esse quam conjux:
Qui nudipes quam calceatus, intrare
Optat fori theatra, nonne sit demens,
Magisvè belluinus, atque mortalis?
Qui fœminina flagra tergori quæsit
Pigri luens pœnam maris Priapique,
Et insepultus ut cadaver efferi,
Civisque nullo vult honore mactari,
Vix herclè dignus est ut insit in muris.

Jugum est marita vita, sed jugum suave,
Quò mollius fit, atque si fores liber
O Sponse. Sed quorsum profundo Verborum
Negotiosos impetus, ut exornem

Ele

Electionem Conjugalis ardoris?
Facto probas ipso Bonum Maritale
O Sponse. Quod tu plurimis perornasti
Jugum eruditis versibus: vicissatim
Ipsus tuum celebros, quamlibet versu
Indoctiore, Fata mollius præstent
Isthoc jugum temone Liberae vinctum,
Quàm velle quicquè possumus precariyè,
Pro te Thalassis mitis invocatores!
Aptantibus verò jugum Puer Cœli,
Numenquè Quadrifrons, itemquè Vitumnus
Alterquè Sentinus, favore sint præsto!

Ita protulit

Paullus Alberti S. A.

Ecce tuam Sponsam, si vis Celebrabilis ut sit,
Ecce, Semiramiam, nam variatur acu.
EST FIRMAMENTUM. Quo non radiosius intra
Susceptos oculos Corpus, Amice, tuos.
Ornamenta vident in Eâ? Spectabile Pulcrum
Quomodo? FIRMAMENTUM quomodo iuge placet?
Pallidulum facie cupis exæquare pudorem?
Suspice tam non est albida Luna pudens!
Omnis stellarum numerus gyratur in Ipsâ,
Et commendatâ præstat in effigie:
Simpla Manus; Mens Casta, Tacens Os, Corpus Eburnum,
Mala Rubens, Facies Candida, Sancta Fides.
Inde quidem superat flammâ virtute minores,
Obruit ut buxi, fistula Martis, opus.
Hos FIRMAMENTI Sol flecteret unicus Orbes,
Ullibi quis similem fingeret Harmoniam?
Flemingi, Tu Sol: tanto dignissime Cælo,
Ut de te Lumen Luna Facesq; petant!
Oscla age deliba stellis, quibus ora renident,
Lucidius presse Lumen ut eniteant.

Tunc

Tunc Firmamento super exaltatus amato,
Alberti modicum retrò memento tui:
Ejusdem.

Est locus, Urforum noranti fluminis undâ
Findit ab Ensiferi quâ Ducis Albis, agros.
Flemingum dixere viri: infelicis arenæ
Tractus humore carens astuat usquè siti.
Hic, si perpetuo non imbre rigatur, inani
Spe lufus lolii grana Colonus habet.
Quàm benè *Flemingi*, nomen *Fleminge* per omnia
Quàm benèti jam nunc temporis ecce quadret.
Aret ager tuus urit amor per pectora serpit
Sicca fitis, labris stat gravis Æthna tuis
Amplexus inhias Sponsa roremque labelli:
Non secus ac pluvias Campus anhelat aquas
Nactus es (ô felix) fontem qui spontè liquores
Inducet membris, grata fluenta tuis:
Flumineis peramanter aquis labra sparget, amorem
Terminet & sicco quæ furit Ore, sitim.
Hunc, si ritè coles imoque in fonte lavabis
Ipsius, Intimiusquè humida regna petes.
Non dubita, sterilis quin omen nominis anni
Vincet & adversum in fine loquetur opus.

Iohan - Ernestus Gerigke D. A.
Iuris Consultus.

Æ State proximante,
Et Vere finiente,
Suo auspiciantis unum
Crepusculum diei,
Vagabar ociosus
Ad Albidos fluenta,
Quò corpus à labore
Phœbejo labore
Pauxillulum levarem,

Quò ventulos apertis
In pascuis hiarem,
Quid fit? mihi vaganti
Parumquè cogitanti
En obviabat una
Novensilum Sororum
Thalia, culta cultrix
Sermocinationum,
Fautrix jocationum,

B

Nec

Nec non Poëticarum,	A navitate Rector
Nutrix Columbarum,	Inspector efferendus
Dicens; quid ecquid undas	Ab excubante curâ.
Ad Albidos fluentes	Alias Poëticarum
Heic ambulas? reverte,	Lepore suavitatum
Domum tuam reverte,	Ut & jocositatum
Et scribe pumilillos	Per ora multa docta
Anacreonticillos,	Satis superquè notus.
Anacreonticillos	Hic ecce Conjugalem
Conscribe pumilillos,	Dextram & fidem spondit
Haud Scriptionis ejus	De corde, Dorothee
Te pœnitebit unquam,	Albertia spondit,
Nunquam imò te pigebit,	Albertia modesta,
Pigebit aut pudebit?	Albertiaquè honesta,
Quin fortière donum,	Albertia piaquè
Donum bonum laboris,	Albertia litæquè,
Laboris ac honoris,	Floriquè Virginali,
Honoris aviterni,	Dignæquè succubare
Laboris aviterni,	In matrimoniali
Respondeo, lares cur	Sponsum penes, cubili
Iterum meos revisam	Repono ego vicissim
Thalia? pumilillos	Novi, Thalia, novi,
Anacreonticillos	Quod imperas monesquè,
Cur, te jubente, scribam?	Nostiat, Thalia, nosti,
Sed fatur illa rursus,	Me parvulas habere
Num te latent Amice,	Vires, casquè tales,
Quæ Patriis in oris	Si forsan inchoarem,
Ad fluxuosa Mildæ	Quod antidhaec monebas,
Deffavie geruntur,	Non pauculis profecto
Geruntur, actitantur?	Audaculus viderer,
Nondum tuas ad aures	Sapientulus viderer,
Hoc singulare factum	Viderer imò multis
Venit tui Flemingi?	Non stultus ast & amens.
Qui Rector est Scholai	Reponit illa, turbant
Deffavicæ Scholai	Aliarum amara verba,
Laudandus æstimatâ	Queis univèrsa (turpe)
	Agita-

Agitare facta pergunt.
Nil hæc te movebunt,
Nil & tibi nocebunt,
Benè judicat politus,
Benè judicat peritus,
Malè judicatquè Momus
Malè judicatquè morus,
Non omnibus placere,
Volumusvè possumusvè.
Parere ne recusa,
Sed dicta nostra cuncta
Effecta redde, redde.

Et sic Thalia dixit,
Et me statim præivit,
Mihiquè luculenter
Hæc dictitare cœpit:

Soli Poliquè Rector
Et Conjugum Refectori
Adfulge gratiosa

Benedictione Sponsis
Sponsis novellulisquè,
Sponsis tenellulisquè.
Domus sit absquè lite
Discordiaquè dirâ,
Thorus sit absquè vite
Quæ gemmulas novellas
Producat alma, nunquam
Plutonis & metallis
Inolus sit adgravatus.
Ætasquè longiturna
Contingat, ut videre
Seros queant nepotes,
Serissimasquè neptes,
Et filios nepotum,
Et neptium Puellas!
Sic est Thalia fata,
Sic & precata, mox &
Volavit, avolavit.

Ita modulabatur

Christianus Brumbejus.

C. A.

Jocus Germano - Latinus.

Sepè meam, ó Fleming, subeunt miravvundria mentem,
Quod sic quivisti, Vadro Muttraquè relicta,
Imò etiam charo Brudro Schvvestraquè bebenda,
Totum in Dessano te nedderlattere Lando.

Fallor! an in fettis tibimet magis adplacet Avvis
V Vonere, quàm dörro & sandoso, qualis habetur
Up Fleming, orto, à quo desumfisse videris
Nomen, Sandhasi nomen, Fleminge, Flemingi.

Sic est, alterius non me vervvundrio, Fleming
Te genuit docuitquè, ast Dienstum Dessa tibi dar,
Dessa gevvässertis Avvis circumfita multu.

B 2

Quid!

Quid? non duntaxat Dienstum, sed corpore Iungfram
 Prastanti quoque: quò bona Schnabelvveidia sicco
 Socco prateream, queis tu finspeckere mulum
 Quiveris, haut tibi deficiet cum Speckide Kohlus,
 Nec cum Schvvinskoppo, nec cum Schinckedine Knackvurst.
 O te felicem! sed de me seggere quidnam
 Debeo? in hoc orto Flemingoso undique Kuckuck
 Clamat, quam Pices ex faulo bravvere Baccho
 Sueverunt, hanc me pro tempore drinckere oportet,
 Sapius & schmalibus cum verliesnemere bisis.
 Verùm nil schadit hoc, olim meminisse iuvabit,
 Spero etenim in Kortis ventura ea Zeitia, tecum
 Queis mihi continget parili genittere glücko,
 Interea finspöle tuâ cum Virgine, mundo
 Kustia da rodo, begripeque Tittiarunda.
 Quid multis? tago & nachto vos Kusite, lustum
 Drisite permagnum dri - drisite drisite, punctum

Ita claudit & ad-
 plaudit

Hilarius von Siebenthal.

FINIS

Jocus

Quid

B s



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


10. Aug.
Jul. 01

24 VD 17

M







PLO
do Poëtico
is,
LEMINGI,
esaviensi
is,
Florem,
RECHTEN,
rerum laude
IS Albrechten/
què Illustris,
issimi,
p. Leucorem.

1623.